

Vers. 8.

3. Tertium, non solum posse Deum humiliare superbos, & exaltare iustos, sed & hoc facere etiā. A
Non dicit: Calix est in manu Domini vino turbido plenus, miscere & propinare potest, ut bibant impi: sed, Misericordia eius fugient, bibent omnes impi terrae.

PSALMVS LXVI.

AD PRAECINENDVM IN ORGANIS, PSALMVS.
cantici Asaph.

ARGUMENTVM PSALMI.

Celebratur hoc Psalmo gloria & potentia Dei, quam in terra Iehudah, exteris & impias nationes Israeli inimicas perdendo, & populum suum, ciuitatem Hierusalem ac montem Sion jeruando ac defendendo, tanquam verus Deus ac iustus iudex exercuit. Cum id sit sepius numerò saclū, non est opus ut pro certa aliqua historia assignanda, ad quam hic Psalmus respiciat, anxie laboremus. Graeca versio habet: οὐκέπειρον. id est, Oda aduersus Assyrium. Sed sine autoritate Ebreorum.

Dispositio Psalmi.

Sunt autem Psalmi tres partes. Prima, terram Iehudah & Israeli quibusdam de causis celebrat, ut vers. 1. & 2. Altera virtutem tremendi iudicij Dei contra hostes impios deprendit, ut vers. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Tertia hortatur omnes circumquaque Israelite ad veri Dei cultum, vers. 11. & 12.

VERS. I.

- N**OTVS in Iudah Deus, in Israe magnum nomen eius.
2. Et factum est in Salem tabernaculum eius, & habitatio eius in Sion.
 3. Ibi confregit sagittas, arcus, scutum, gladium, & bellum. Selah,
 4. Illustris es tu, praeclarior montibus predonum.
 5. Spoliati sunt, qui valido sunt corde, dormiunt somnium suum, & nihil assequuti sunt manibus suis omnes viri exercitus.
 6. Ab increpatione tua Deus Jacob consopitus est & currus & equus.
 7. Tu terribilis, tu, & quis stabit coram te simul atque coperit ira tua?
 8. Vbi è cælo audiri facis iudicium, terra timet ac silet.
 9. Cum exurgis ad iudicandum Deus, ut serues omnes afflitos in terra. Selah,
 10. Quoniam ira hominis celebrat te, reliquias iræ tibi accingas.
 11. Vouete & reddite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu estis, afferte munera terribili.

LECTIO.

Vers. 2.

12. Qui auferit spiritum principum, terribilis regibus terre.

Vers. 3.

In Salem.] Ebr. בָּשֵׁלֶם. Græc & vulg. Lat. legerunt בְּשַׁלְמָה id est, In pace.

Sagittas.] Ebr. שִׁבְעָתָה. Græc. Robora arcuum. Vulg. Lat. Potentias, arcum. Hieron. Volatilia arcus. Iu-

stin. Illi confregit aculeos arcus.

Vers. 4.

Illustris es tu.] Græc. & vulg. Lat. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Hieron. Lumen es tu magnis

fice à montibus captiuatus. Et Felix legit: A' montibus prede. Pagnin. Pre' montibus rapacibus.

Vers. 5.

Spoliati sunt, qui valido sunt corde.] Græc. & vulg. Latina: Turbati sunt omnes insipientes corde. Hieron. Spo-

liati sunt superbi corde. Iustin. Deturbati sunt superbi corde.

Viri exercitus.] Græc. & vulg. Lat. Viri diuinitarum. Symmachus: Omnes viri potentes. Hieronymus: Et nō

inuenierunt omnes viri exercitus manus suas. Pagnin. Et non inuenierunt omnes viri fortes vires in manibus suis.

Vers. 6.

Consopitus est & currus & equus.] Græc. & vulg. Latina: Dormitauerunt, quia ascenderunt equos.

Vers. 10.

Quoniam ira hominis.] Ebr. אֲרֹן. Vulg. Latina: Quoniam cogitatio hominis.

Reliquias iræ tibi accingas.] Vulgata Latina: Et reliquæ cogitationis diem festum agent tibi.

PRIMA PAR.

Verè mirabile est, quod hanc nationē sibi Deus ad gloriam nomi- nis sui delegit, cām reli- aus fuerint pauciores: Deut. 7. & durissimā cer- uicē habue- rint: Deut. 8.

Sed quoniam dilexit, inquit, patres ve- stros, & propter fædus quod cum eis pepigerat. Notus in in- dah Deus.

OBS. I.

Vers. 1. & 2. terræ Iehudah & Israeli id præoragatiæ ac celebritatis præ cæteris totius Orbis nationibus tribuit, quod in illa notus sit Deus, & magnum nomen eius, præsertim in Salem: id est, Ierusalem, & monte Sion, vbi tabernaculum sibi Deus & habitationem elegerat. Potest autem ille lud quod versu primo dicit: Notus in Iudeah Deus, & in Israe magnum nomen eius; bifariam intelligi: quod ipsi Iudeis & Israelitis notus fuerit Deus & apud eos nomen eius habitum sit magnum & illustre: aut, quod in Iudeis se Deus non Iudeis tantum, sed & exteris etiam nationibus cognoscendum præbuerit, & nomen suum illustrauerit. Vterque sensus usurpari potest: posterior tamen magis videtur ad argumentum Psal. facere. Neque enim hoc tantum memoratur, quod Iudei Deum cognoverint: sed & hoc potissimum agitur, ut intelligamus ita Deum nomen ac potentiam suam in Israe.

Sunt hac prima parte duo notanda. Vnum est, quanti debeat à nobis fieri gratia diuinæ cognitionis, & quod internos habitationem suam Deus instituit. Prior sensus hanc gratiam in Israele commendat erat enim reuera magnum, quod isti genti innotuerat Deus, cùm interea totus terrarum Orbis ignorantiae Dei caligine pressus iacebat. Non fecit, inquit alicubi, taliter vlli nationi. Et quothodie gentes verum veri Dei cultum ignorant? Quanta est eorum multitudo, qui illum etiā impugnant? Cogitemus igitur, quanti sit illa facienda gratia, qua datum est nobis cognoscere Deum, & voluntatem eius tenere, quam tot millia mortalium ignorant. Expendendum etiam hic est, quām tenuis & infirma fuerit isti populo concessa veri Dei cognitione, si hanc conferas ad eam quæ nobis